Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dei per filios david. Habetisque grandem populi
multitudinem. atque vitulos aureos.
quos fecit vobis ieroboam in deos.
et eiecistis sacerdotes domini filios aaron.
atque levitas. et fecistis vobis sacerdo
tes. sicut omnes populi terrarum. quicumque
venerit et initiaverit manum suam in
thauro. et in bobus. et in arietibus septem.
statim fit sacerdos eorum qui non sunt
dii. Noster autem dominus deus est.
quem non relinquimus. Sacerdotes
ministrant domino de filiis aaron.
et levite sunt in ordine suo. Holo
causta quoque offerunt domino per sin
gulos dies mane et vespere. et thimi
amata iuxta legis precepta confectum. et
proponuntur panes in mensa mundis
sima. Est quoque apud nos cande
labrum aureum. et lucerne eius ut accen
dantur semper ad vesperam. Nos quippe
custodimus precepta domini dei
nostri. quem vos reliquistis. Ergo in
exercitu nostro dux deus est. et sacerdotes
eius. qui clangunt tubis. et reso
nant contra vos. Filii israel nolite
pugnare contra dominum deum patrum
vestrorum. quia non vobis expedit. Hec
illo loquente. ieroboam retro moli
ebatur insidias. Cumque ex adver
so hostium staret. ignorantem iu
dam. suo ambiebat exercitu. Respi
ciensque iudas. vidit instare bellum.
ex adverso et post tergum. clamavit
que ad dominum. ac sacerdotes tubis cane
re ceperunt. omnesque viri iuda vocife
rati sunt. et ecce illis clamantibus.
perterruit deus ieroboam. et omnem israel
qui stabat ex adverso abya. et iuda.
Fugeruntque filii israel iudam. et tradidit
eos in manus eorum. Percussit ergo eos
abya. et populus eius plaga magna.
et corruerunt vulnerati ex israhel.
quinquaginta milia virorum fortium.
Humiliatique sunt filii israel in tempore
illo. et vehementissime confortati
filii iuda. eo quod sperassent in domino

deo patrum suorum. Persecutus est autem
abya fugientem ieroboam. et cepit ci
vitates eius bethel. et filias eius. et
iesana cum filiabus suis. ephron quoque
et filias eius. nec valuit ultra resis
tere ieroboam in diebus abya. quem
percussit dominus. et mortuus est. Igitur
abya confortato imperio suo. accepit
uxores. xiiii. procreavitque. xx. duos fi
lios. et. xvi. filias. Reliqua autem sermo
num abya viarumque et operum eius. scrip
ta diligentissime in libro addo prophete.

XV.

Dormivit autem
abya cum patribus suis. et sepe
lierunt eum in civitate david.
Regnavitque asa filius eius pro eo. in
cuius diebus quievit terra annis. x.
Fecit autem asa quod bonum et placitum
erat in conspectu domini dei sui. et subvertit
altaria peregrini cultus. et excelsa. et con
fregit statuas. lucosque succidit. ac
precepit iude. ut quereret dominum deum pa
trum suorum. et faceret legem et univer
sa mandata. et abstulit de cunctis
urbibus iuda aras. et fana. et regna
vit in pace. Edificavit quoque urbes
munitas in iuda. quia quietus
erat. et nulla temporibus eius bella sur
rexerant. pacem domino largiente. Dixit
autem iude. Edificemus civitates
istas. et vallemus muris. et robore
mus turribus. et portis. et seris. donec
a bellis quieta sunt omnia. eo quod
quesierimus dominum deum patrum nostrorum. et
dederit nobis per gyrum pacem. Edifica
verunt igitur et nullum in extruendo im
pedimentum fuit. Habuit autem asa
in exercitu suo portantium scuta et has
tas de iuda. ccc. milia. de beniamin
vero scutariorum et sagittariorum. cc.lxxx.
milia. Omnes isti viri fortissimi.
Egressus est autem contra eos. Zara ethy
ops cum exercitu. decies centena mi
lia. et curribus. ccc. et venit usque in ma
resa. Porro asa perrexit obviam. et
instruxit aciem ad bellum in valle